



Universitätsbibliothek Paderborn

COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.

Bredenbach, Tilmann

Coloniae, 1584

VD16 B 7375

25. Quomodo S. Agnes admirabili decore parentibus ad tumulum eius per noctantibus apparuerut: & Constantia regina in visione admonita, sanitatem pristinam miraculose recuperauerit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](#)

emendatio sequatur in plebe. Nam hostilitates, & infirmitates, & alia multa mala, quæ perfert populus, indignationem domini com monent. Et ideo nuncio velociter, ut se emendare studeant, ne crudeliter in scelere suo pe rent. Tu verò his peractis, quæ imperavi, Turonum ad basilicam propera, ibique te visita bo, & obtinebis apud dominum ut saneris. Cui ille, dic mihi, quæso, domine, quis es, vel quod est nomen tuum? Cui vir, Ego sum, inquit, Martinus sacerdos Turonensis. In his sancti verbis pauper surrexit à somno, apprehen soque bacello, iter imperatum aggreditur, & quæ sibi fuerant imperata, populis nunciauit. Mense autem septimo postquam hæc acta sunt, beatam basilicam adjit, ibique prostratus per triduum, quarta die à sancti virtute visitatus est. Iam enim computruerat in eo caro, vel nerui palmarum, qua de causa detinebatur. Et cùm digiti eius directi fuissent, sanguis ab ipsis erupit. Sed eis omnibus medicatis, ore p riori quæ recolimus enarravit.

D. Ambrosius Episcopus Mediolanensis in vita S. Agnetis virginis & martyris. Quomodo S. Agnes admirabili decore parentibus ad tumulum eius per noctem antibus, apparuerit: & Constantia regina in visione admonita, sanitatem pristinam miraculose recuperauerit.

C A P. X X V.

Ccc 3

Dum

DVM parētes beatę Agnetis assiduis per noctationibus vigilarent ad tumulum eius, vident in medio noctis silētio exercitum virginum, quæ omnes auro textis cōcladibus induitæ, cum ingenti lumine pretribant. Inter quas vident beatissimā Agnetem, simili ueste fulgentem, & ad dexteram eiusnum niue candidiorem. Hæc itaque cū viderent parentes eius, & qui simul erant, stuprem mentis incurront. Sed beata Agnes rogans sanctas virgines, parumper gradum figeret, stans, parētibus suis dixit: Videte, ne me quia mortuam lugeatis: sed congaudete mīhi, congratulamini, quia cum his omnibus lucidas sedes accepi, & illi sum iuncta in celis quem in terris posita, tota animi intentione dilexi. Et his dictis, pertransiit.

Hæc visio publicè ab omnibus, qui videant, quotidie vulgabatur. Vnde factum est, post aliquantos annos ad Constantiam, Constantini filiam, hoc factum ab his, qui viderunt narraretur. Erat enim ipsa Constantia regna virgo prudentissima, sed ita obsessa vulneribus, ut à capite usque ad pedes, nulla membrorum pars libera remansisset. Accepto anno consilio, spe recuperandæ salutis, venit ad tumulum martyris nocte: & licet pagana, tam credula animi intentione preces fideliter sibi debat. Quod dum faceret, repentina somnoluitate corripitur: & vedit per visum beatissimam Agnetem, talia sibi monita perferentes.

Constanter age, Constantia, & crede Domini IESVM CHristum filium Dei esse Saluatorem tuum: per quem modò consequeris omnium vulnerum, quæ in corpore tuo pateris, sanitatem. Ad hanc vocem Constantia euigilat sana, & sic sana, vt nec signum in eius membris alicuius vulneris remanerer.

Reuersa igitur ad palatium sanissima, facit gaudium & patri suo Augusto, & fratribus suis imperatoribus. Coronatur ciuitas tota: Fit lētitia militantibus, atque priuatis, & viuērsis audientibus hēc. Infidelitas gentium confundebatur: & fides dominica lētabatur. Interea patrem & fratres Augustos rogat, vt bē filia beatæ Agneti construeretur, & sibi illie mausoleum collōcari præcepit. Currit hēc opinio ad omnes, & quotquot credentes ad eius tumulum aduenissent, sanabantur quacunque fuissent infirmitate detenti. Quod facere Christum nullus dubitat usque in hodiernum diem. Perseuerauit autem Constantia Augusti filia in virginitate: per quam multæ virgines & mediocres, & nobiles, & illustres, sacræ velamina perceperunt. Et quia fides mortis damna non patitur, usque in hodiernum diem multæ virgines Romanæ Agnetē beatissimam, quasi in corpore manentem, attendunt, & eius exemplo agentes viriliter, integrè perseuerant, credentes sine dubio, quod perseuerantes perpetuæ victoriz palmam acquirant.

Ccc 4

Hæc

776 COLLATION. SACRAR.

Hæc ego Ambrosius seruus Christi, dum
voluminibus abditis inuenissem scripta, non
sum passus in fructuoso silentio tegi. Ad hono-
rem igitur tantæ martyris, sicut gesta eius
noui, conscripsi: & ad ædificationem vestram
o virgines Christi, texum passionis eius
didi destinandum, obsecrans charitatem
spiritus sancti, ut labor noster in vestra imita-
tione fructum in conspectu Domini valeat in-
nire, Amen.

Ludouicus Blofius Monilis spiritualis ap.

De admirabili quadam visione S. Ger-
trudis. & exacta omnium malorum bonorum
operum retributione.

C A P. X X V I.

R Eligiosa quadam virgo cum in moni-
sterio S. Gertrudis defuncta esset, videt
ipsa Gertrudis animam eius in loco
modum lucido mirifice exornatam conser-
vare. Cui etiam Dominus IESVS astabat, & quo-
que vulneribus suis sensus. Ilius noua sum-
mati dulcedine recreabat, eamque blande co-
solabatur. Dixit itaque Gertrudis ad dominum:
Quum tu Deus totius consolationis huic mihi
amicabilem serenitatem exhibeas, quid ei
quod ipsa modestiori vultu grauamen inter-
pretendit. Ad quod Dominus: Ex hac mea po-
tentia, anima quam cernis non nisi delactare
mea humanitatis percipit. Vnde & plus
consolari non potest: sed ubi à negliget ijs
teritæ vitæ purgata fuerit, ego eam in pia